



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**P. Virgilio Maronis Aliorumque Poetarum Opuscula, Sive
Lvsvs**

Vergilius Maro, Publius

Antverpiae, 1566

Laudes hortuli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69268)

Et decet, & certè vinam tibi semper amicus:

Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.

Ipsè ego quidquid ero cineres, inter que fauillas,

Tunc ego non potero non memor esse tui.

quoque

5 Exemplum vixi te propter molle beate:

Vnus Macenas teque ego propter eram.

Arbiter ipse fui: volui, quod contigit esse:

Pectus eram verè pectoris ipse tui.

Vive diu mi care senex: pete sidera serò.

10 Est opus hoc terris: te quoque velle decet.

Et tibi succrescant iuvenes bis Casare digni,

Et tradant porrò Cesaris vsque genus.

Sic securà tibi cum primùm Luia coniux,

Expleat amissi munera rupta gener.

15 Cùm Deus in terris Diuis insignis auitis,

Te Venus in patrio collocet alma sinu.

P. VIRGILII MARONIS

EPIGRAMMATA.

20

Laudes hortuli.

Iambici Sene.
tij.

DESTE *Muse*, maximi proles Iouis:

A *Laudes feracis* predicemus hortuli.

Hortus salubres corpori præbet cibos,

25 *Varios* que cultus sæpe cultori refert:

Olus suaue, multiplex herbae genus,

Vnas nitenteis, atque fetus arborum,

Non desit hortis & voluptas maxima,

Multis que mixta commodis iucunditas.

30 *Aqua* strepentis vitreus lambit liquor:

Sulco que ductus, irrigat riuus sata.

Flores nitescunt discolorè gramine,

e 3

Pingunt-

Pingunt' que terras gemmeis honoribus.
 Apes susurro murmurant gratæ leui,
 Cum summa florum, vel nouos rores legunt,
 Fecunda vitis coniuges ulmos grauat,
 Textas iæ inumbrat pampinis arundines.
 Opaca præbent arbores umbracula,
 Prohibent' que densis feruidum Solem comis.
 Aues canoros garrula fundunt sonos,
 Et semper auras cantibus mulcent suis.
 Oblectat hortus, aduocat, pascit, tenet,
 Animoque mesto demit angores graueis.
 Membris vigorem reddit, & visum capit,
 Refert labori plenior gratiam:
 Tribuit colenti multiforme gaudium.

De Venere, & vino.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore:
 Uno nanque modo vina, Venus' que nocent.
 Vt Venus eneruat vires: sic copia Bacchi,
 Et tentat gressus, debilitat' que pedes.
 Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
 Arcanum demens detegit ebrietas.
 Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido:
 Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
 Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello:
 At Lapithas bello perdis Iacche graui.
 Denique cum menteis hominum furiarit uterque,
 Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
 Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyaum:
 Ne te muneribus ledat uterque suis.
 Vina sitim sedent: gnatis Venus alma creandis
 Seruiat. hos sineis transiluisse nocet.

De